Kyriel. Kpeleyson. Kyrieleison. Pat noster. Et

Deprecatur antiphonã.

tatẽ sanctã hierusalẽ ꝑs Miserere) ne nos. Requiẽ eternam. Credo videre. A porta inferi. Dñs vobiscũ. Oremus. Oõ. O ipotẽs sempiterne deꝰ q̃ nunq̃ sine speoõ. Fideliũ deꝰ. Et cũ deportet corpꝰ ad ecclesiã inciptat R. Libera me vel cũ oibus rõsoriis sequentibus si tẽpꝰ fuerit plenarie incipiẽdo ad primũ R. oibus percantatis repetãtur si necessitas fuerit. & cũ ecclesie appropinquauerit cãtetur R. Libera me ũ ãn. In para

In introitu cimiterij incipitur responsorium libera me dñe. Et dicat² cũ hoc versu tantũ. Dies illa, dies ire.

dilum.li placz. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. De modo dicẽdi exequias defunctor. Ana. Placebo. Euouae.



Dilexi qm̃ exaudiet dñs: vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam michi et in diebus meis invocabo. Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni invenerunt me. Tribulationẽ ⁊ dolorẽ inveni et nomẽ dñi invocavi. O dñe libera aiam meã misericors dñs ⁊ iustus: ⁊ deꝰ nr̃ miserer. Custodiens parvulos dñs: humiliatus sũ et liberavit me. Convertere anima mea i requiẽ tuã: qr dñs benefecit tibi. Qr eripuit aiam meã de morte: oculos meos a lachrimis/ pedes meos a lapsu. Placebo dño: i regiõe vivor. Requiẽ eternã dona eis dñe: ⁊ lux ypetua luceat eis. Ana.



Placebo domino in regione vivorum. Ana.



Ad dñm cum tribularer (ps. clamavi: et exaudivit me. Domine libera animã meam a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Heu me. Euouae. Quid detur tibi aut qd apponat tibi: ad liguã dolosã. Sagitte potẽtis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitãtibꝰ cedar: multũ icola fuit aia mea. Cum hijs qui oderũt pacẽ erã pacificus: cũ loqbar illis impugnabant me gratis. Requiem eternam. Ana.



Heu me quia incolatus meus prolongatus est.



Leuaui oculos meos i mõtes vnde veniet auxiliũ mi chi. Auxiliũ meũ a dño: q̃ fecit celum et terrã. Non det in motio ãn. Dñs. Euouae. nẽ pedẽ tuũ: neq̃ dormitet q̃ custodit te. Ecce non dormitabit neq̃ dormiet qui custodit isrl. Dñs custodit te dñs protectio tua sup manũ dexterã tuã. Per diẽ sol nõ vret te: neq̃ luna p noctẽ. Dñs custodit te ab oĩ malo: custodiat aĩam tuã dñs. Dñs custodiat introitum tuum: et exitum tuum: ex hoc nunc et vsq̃ in seculum. ãn.



Dominus custodit te ab omni malo custo=

diat animam tuam dñs. ãn. Si iniquitates. Euouae.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee. Si iniq̃tates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea i verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsq̃ ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dominum misericordia

et copiosa apud eum redemptio. Et ipe redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Antiphona.

Si iniquitates obseruaueris domine: do=



mine quis sustinebit. Ah. Opera. Euouae. ps.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua: quoniam magnificasti super omni nomen sanctum tuum. In quacunq; die invocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutē. Confiteātur tibi domine oēs reges terre: quia audierunt verba oris tui. Et cantent in vijs domini: quoniam magna est gloria domini. Quonia excelsus dominus: et humilia respicit et alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis vivificabis me: et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam: et saluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias. Antipho.



Opera manuum tuarum domine ne despicias.

℣. A porta inferi. Erue domine aias eorum. ān.



MAgnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs generationes. Qz fecit michi magna q̄ potēs est. et sāctum nomē eius. Et mia eius a progenie ī progenies timētib⁹ eū. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes implevit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerū suū: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula. Requiem eternam dona eis domine: et lux ꝑpetua. ān

Iam deus de po scimus pieta tē vt e is



tribuere digneris lu cidas et quietas mansiones Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyso. Pater nr. ps

LAuda aia mea dñz: laudabo dñz ī vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Nolite cōfidere ī pncipibus. in filijs hoim quibus nō est sal⁹ Exibit spūs ei⁹ et reuertet in terrā suā: i illa die pibūt oēs cogitatiōes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes ei⁹ in domino deo ipsius: qui fecit celum et terram mare et

omnia que in eis sũt. Qui custodit veritatem i seculũ facit iudiciũ iniuriã patiẽtib⁹ dat escã esuriẽtib⁹. Dñs soluit cõpeditos: dñs illuminat cecos. Dñs erigit elysos: domin⁹ diligit iustos. Dñs custodit aduenas pupillum & viduã suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dñs in secula deus tuus syon: in generatiõe et generationem. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Credo videre bona domini In terra viuentium. A porta inferi. Erue dñe animas eorũ. Dñs vob. Et cũ spũ tuo. Oremus. Pro epo. Oco.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum pontificali fecisti dignitate censeri presta quesumus: vt quorum vicem ad horam gerebat in terris eorum perpetuo consortio letetur in celis. Per dominũ nostrũ iesum xpm filiũ tuũ. Pro sacerdote. Oco.

OMnipotẽs sempiterne de⁹ cui nunq̃ sine spe misericordie supplicatur: propiciare anime famuli tui sacerdotis: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decessit: sanctorum tuorum in numero facias aggregari. Per dominũ nostrũ. Pro famulo. Oratio.

INclina domine aurem tuam ad preces nostras quib⁹ miam tuã supplices deprecamur: vt aiam famuli tui. Quã de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione cõstituas: & sanctorũ tuorũ iubeas esse consortem. Per dñm nostrũ. Pro famula. Oco.

QUesumus domine pro tua pietate miserere anime famule tue: & a contagijs mortalitatis exu tam in eterne saluatiõis partem restitue. Per dominũ nostrũ iesum christũ. Pro benefactorib⁹. Oco.

MIserere q̃sumus domine animabus omniũ be-

nefactorum nostrorum defunctorum: et de beneficijs q̄ nobis largiti sunt in terris p̄mia eterna consequant in celis. Oratio generalis p̄o mortuis.

Fidelium deus omniū cōditor et redemptor animabus famulorum famularūq; tuarum remissionem cunctor̄ tribue peccator̄: vt indulgentiā quam semp optauerūt ptis supplicatiōib⁹ p̄sequant. Qui vi.



Verba mea auribus p̄cipe domine ītelligе clamorem meum. Intende voci oratiōis mee: rex meus ⁊ deus meus. Quoniam ad te orabo dñe: mane exaudies vocē meā. Mane astabo tibi ⁊ videbo: quoniā non deus volens iniquitatē tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; p̄manebūt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes q̄ operātur iniquitatem: perdes dēs qui loquunt mendaciū. Virū sanguinū ⁊ dolosū abhominabitur dñs: ego autē in multitudine mie tue. Introibo in domū tuā: adorabo ad tēplū sanctū tuū in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam. Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorū linguis suis dolose agebant iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatū eorum expelle eos quoniā irritauerunt te domine. Et letentur omnes qui sperāt in te: in eternum exultabūt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuū: quoniā tu benedices iusto. Dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Requiē. ā.



Dirige domine deus meus in conspe-

ctu tuo viam meam. ℣n. Conuertere. Euouae. ℘s:

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam cõturbata sunt omnia ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo. Conuertere domine et eripe animam meam: saluũ me fac propter misericordiam tuã. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus inueterauit inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur: et erubescant valde velociter. Requiem eternã dona eis domine: et lux perpetua. ℣n

Conuertere domine et eripe animam meam:



quoniã nõ est in morte qui memor sit tui. ℟. Requãdo.



Domine deus meus in te speraui: saluũ me fac ex omnib⁹ persequẽtib⁹ me & libera me. Ne quando rapiat vt leo aniмã meã: dũ nõ est qui redimat Euouae. ℣. neq; qui saluũ faciat. Dñe deus me⁹ si feci istud: si est iniq̃tas in manib⁹ meis. Si reddidi retribuentib⁹ michi mala: decidã merito ab inimicis meis inanis. Persequat̃ inimic⁹ aniмã meã cõprehẽdat: & cõculcet in terra vitã meã: & gloriã meã in puluerẽ deducat Exurge dñe in ira tua: & exaltare in finib⁹ inimicor meor. Et exurge dñe deus me⁹ in precepto quod mãdasti: & synagoga populor circũdabit te. Et pter hanc in altũ regredere: dñs iudicat populos. Iudica me dñe scõm iustitiã meã: & scõm innocentiã meã super me. Cõsumetur nequitia peccatorum: et diriges iustum scrutãs corda & renes deus. Iustũ adiutoriũ meũ a dño: q̃ saluos facit rectos corde Deus iudex iustus fortis & patiens: nunquid irascit̃ per singulos dies. Nisi cõuersi fueritis gladiũ suũ vibrauit: arcũ suũ tetendit et parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardẽtibus effecit. Ecce parturit iniustitiam: concepit dolorem et peperit iniquitatẽ. Lacum aperuit & effodit eũ: et incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor ei⁹ in caput eius: & in verticẽ ipsius iniquitas ei⁹ descẽdet. Confitebor domino secũdũ iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi. Requiem eternam. Añ.



Equando rapiat vt leo animam meā dum nō
est qui redimat neq; qui saluū faciat.

℣. In mēoria
eterna erūt iu=
sti. Ab auditio=
ne mala non ti=
mebunt. Pater noster. Et ne nos.

Lectio prima.

PArce michi domine: nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum aut quid apponis erga eū cor tuū. Visitas eū diluculo et subito probas illū. Usq; quo nō parcis michi: nec dimittis me vt glutiā saliuā meā: Peccaui. Quid faciam tibi o custos hoīm: Quare posuisti me cōtrariū tibi: ⁊ factꝰ sū michimetipsi grauis: Cur nō tollis pctm̄ meū: ⁊ quare nō aufers iniquitatē meā. Ecce nunc in puluere dor mio: et si mane me quesieris non subsistam. Respoñ.



CRedo q; redēptor meus vi uit et
in nouissimo di e de ter ra surrecturus
sū et in carne me a vide bo de um.



TEdet animā meā vite mee: dimittā aduersū me eloquiū meū. Loquar i amaritudine aīe mee: dicam deo. Noli me cōdēpnare. Indica michi: cur me ita iudices: Nūquid bonū tibi videt si calūpnieris & op pzimas me op⁹ manuū tuarū & zsiliū ipiozū adiuues: Nūqd oculi carnei tibi sūt: aut sicut videt homo et tu videbis: Nūqd sicut dies hominis dies tui: & anni tui sicut humana sunt tēpoza: Ut qras iniquitatem meam et pctiñ meū scruteris: et scias qz nichil impiū fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. Rñsor.



em. Et locū indul genti e. ℣. Requem

eternā dona eis domi ne. Et locum in. Lectō. iii.

MAnus tue dñe fecerūt me: & plasmauerūt me: to tū i circuitu & sic repēte p̄cipitas me: Memēto q̄ so q̄ sicut lutū feceris me: & i puluerē reduces me. Nōne sicut lac mulsisti me: & sicut caseū me coagulasti: Pelle & carnib⁹ vestisti me: ossib⁹ & neruis p̄pegisti me Vitā & m̄iaz tribuisti mihi & visitatio tua custodiuit spm̄ meū

Omine quādo vene ris in dica re. ℣

terram vbi me abscondam a vultu ire

tu e. Quia pec cauī ni mis in vita mea. ℣

Cōmissa me a pauesco et ante te erube sco



Quia pec cauí ni. Ant. In loco. Euouae. ps.

DOminus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Super aquã refectionis educauit me: animã meã cõuertit. Deduxit me super semitas iustitie: ppter nomen suũ. Dnã ẽt si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala qm̃ tu mecũ es. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulãt me. Impinguasti in oleo caput meũ: et calix meus inebrians q̃ preclarus est. Et mia tua domine subsequet me: oibus diebꝰ vite mee. Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum. Ant.



IN loco pascue ibi me collocauit. Ant.

AD te dñe leuaui animam: ineã deus meꝰ in te cõfido nõ erubescã. Neq; irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te nõ confundẽtur. Confundantur omnes iniqua agentes: superuacue. Vias tuas domine demonstra michi: ẽt semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate

tua et doce me: quia tu es deus saluator meus et te sustinui tota die. Reminiscere miserationū tuarū domine: et misericordiarū tuarū que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris. Secundū misericordiam tuā memento mei tu: propter bonitatē tuā dñe. Dulcis ⁊ rectus dñs: propter hoc legē dabit delinquētibꝰ in via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Universe vie dñi mia et veritas: requirentibus testamentū eiꝰ ⁊ testimonia eiꝰ. Propter nomen tuū domine propiciaberis pctō meo: multum est enī. Quis est homo qui timet dominū: legem statuit ei in via quā elegit. Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terrā. Firmamentum est dominꝰ timentibus eum: et testamentum ipsiꝰ vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominū: quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me ⁊ miserere mei: quia vnicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam et laborē meum: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniā multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam et erue me: non erubescam quoniam speraui in te. Innocentes et recti adhesserunt michi: quia sustinui te. Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. Requiem eternam dona eis domine. ⁊ lux perpetua luceat eis. ā.



Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas

ne memineris domine. ā. Credo videre. Euouae. ps.
Dominꝰ illuminatio mea et salus mea: quē time
bo. Dominꝰ protector vite mee: a quo trepidabo
Dum appropiant sup me nocentes: vt edant carnes
meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sūt
et ceciderunt. Si consistant aduersum me castra: non
timebit cor meū Si exurgat aduersū me prelium: in hoc
ego spabo. Unā petij a dño hanc requiā: vt inhabitē
in domo dñi oībꝰ diebꝰ vite mee. Ut videā voluptatem
dñi: et visitē templū eius. Q m abscōdit me in taberna
culo suo in die malor protexit me in abscōdito taberna
culi sui. In petra exaltauit me: et nūc exaltauit caput
meū sup inimicos meos. Circuiui & īmolaui in taber-
naculo eiꝰ hostiā vociferationis: cantabo et psalmū di-
cā dño. Exaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te: mise-
rere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisiuit
te facies mea: faciē tuā dñe requirā. Ne auertas faciē
tuam a me: ne declines ī ira a seruo tuo. Adiutor meꝰ
esto ne derelinquas me: neq despicias me deꝰ salutaris
meus. Quoniam pater meus et mater mea dereliquē-
runt me: dominus autem assumpsit me. Legem pone
michi domine in via tua et dirige me in semita recta:
propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas
tribulantiū me: quoniā insurrexerūt in me testes īiqui:
et mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona domi
ni: in terra viuentiū. Expecta dominū viriliter age: et
confortetur cor tuū & sustine dñm. Requiē eternā. ān.

Credo videre bona domini in terra viuentiū. ℣. Ne tradas bestijs animas confitentes. Lectio. iiij.

Respōde michi. Quātas habeo iniq̄tates & pcta scelera mea atq; delicta oñde michi Cur faciē tuā absc̄ōdis: et arbitraris me inimicū tuū. Cōtra folium qđ vē to rapit oñdis potētiā tuā & stipulā siccā pseq̄ris. Scribis enim contra me amaritudines et cōsumere me vis peccatis adolescentie mee. Posuisti in nervo pedem meum et obseruasti omnes semitas meas / et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo cōsumēdus sū et quasi vestimētū quod comedit a tinea. ℟.



Heu michi domine quia peccaui nimis in vita mea quid faciā miser v bi fu giam nisi ad



te deꝰ me us mise re re me i. Dū ve

ne ris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata

est valde sed tu dñe suc cur re e i. Dñ vene.

HOmo natus de muliere brevi viuẽs tẽpore l.v. repletur multis miserijs. Qui quasi flos egredi tur et conteritur et fugit velut vmbra: et nũq̃ in eodẽ statu permanet. Et dignũ ducis sup huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eũ tecũ in iudiciũ. Quis potest facere mũdũ de immundo cõceptũ semine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerꝰ mensiũ eius apud te est. Cõstituisti terminos eiꝰ: q̃ pteriri non poterunt. Recede ergo paululũ ab eo vt quiescat donec optata veniat: & sicut mercẽnarij dies eiꝰ. Re



cordeꝛis peccata me a dñe mine: Dñe veneꝛis iudicare seculũ per ignem. ℣. Diꝛige



do mine deus meus in cõspectu tuo viam me

am. Dñ vene.

QUis michi hoc tribu at in inferno ptegas me: et abscondas me donec pertrãseat furor tuus: et cõ stituas michi tps i quo recorderis mei: Putas ne mor tuus homo rursũ viuat. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me & ego respõdebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidẽ gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis.

Respõsorium.



Libera me domine de viis infer= ni. Qui portas ereas confregi sti et visita sti infer num et dedisti eis lumẽ vt viderent te qui erãt in pe nis te nebra rum. ℣. Clamantes et di



cētes aduenī sti redēptor no ster. Qui.ā.



Expectans expectaui dominum et intēdit michi Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meū canticū nouū: carmē deo nostro. Uidebūt multi et timebunt: et sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen dñi spes eius: et nō respexit in vanitates: et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua et cogitationibus tuis nō est q̄ similis sit tibi. Annunciaui et loquutus sū: multiplicati sūt sup numerū. Sacrificiū ⁊ oblationē noluisti: aures aūt perfecisti michi. Holocaustū et pro peccato nō postulasti: tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptū est de me: vt facerē voluntatē tuā: deus meus volui: et legē tuā in medio cordis mei. Annunciaui iustitiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo dñe tu scisti. Iustitiā tuā nō abscōdi i corde meo: Bitatē tuā et salutare tuū dixi. Non abscondi miam tuā ⁊ veritatē tuā a cōsilio multo. Tu autē dñe ne longe facias miserationes tuas a me: mia tua ⁊ veritas tua sēper suscepērūt me. Quoniā circūdederunt me mala quorū nō est numerus: cōprehenderunt me iiq̄tates mee: et non potui vt viderē. Multiplicate sunt super capillos capitis mei: ⁊ cor meū dereli q̄t me. Cōplaceat tibi dñe vt eruas me:

dñe ad adiuuādū me respice. Confūdant & reuereant simul: qui q̄rūt aiam meā vt auferant eā. Cōuertant retrorsū & reuereātur: qui volūt michi mala. Ferant confestim confusionē suā: qui dicunt michi euge euge. Exultēt & letent sup te oēs querētes te; & dicāt sēp magnificet dñs q̄ diligūt salutare tuū Ego aūt mēdic⁹ sū & pauper: et dñs sollicit⁹ est mei. Adiutor meus et protector meus tu es deus meus ne tardaueris.

℟. equiem eternam dona eis domine: et lux perpe. ān.

Omplaceat tibi domine vt eruas me domine



ad adiuuādū me respice. ān Sana dñe. Euouae: ps

Beatus qui intelligit super egenum et pauperē: in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum & viuificet eum: & beatū faciat in terra: et nō tradat eū in animā inimicorū eius. Dñs opem ferat illi super lectum doloris ei⁹: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi domine miserere mei: sana animā meam q̄ peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala michi: quando morietur et peribit nomē eius. Et si ingrediebatur vt videret vana loq̄batur: cor ei⁹ cōgregauit iniq̄tatē sibi. Et grediebat foras: et loquebat in idipsū. Aduersū me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala michi. Verbū iniquū cōstituerūt aduersū me: nunquid

qui dormit nõ adijciet vt resurgat. Et teiñ homo pacis mee i quo sperani. qui edebat panes meos: magnificauit sup me supplantationẽ. Tu autẽ dñe miserere mei: & resuscita me & retribuã eis In hoc cognoui qñ voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternum. Benedictus dñs deus israel a seculo et in seculum fiat fiat. ãn.



SAna domine animã meã: quia peccaui tibi



QUemadmodũ desiderat cerus ad fõtes aquar: ita desiderat aia mea ad te de⁹. Sitiuit aia mea ad deũ fontem ãn. Sitiuit. Cuouae. biuũ: quãdo veniã & apparebo ante faciẽ dei. Fuerũt michi lachryme mee panes die ac nocte: dũ dicitur michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me aninam meam: quoniam translibo in locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad domũ dei In voce exultationis & confessionis son⁹ epulãtis. Quare tristis es aia mea: & quare conturbas me. Spera in deo qñ adhuc confitebor illi salutare vultus mei & deus meus. Ad metipsũ aia mea conturbata est: ppterea memor ero tui de tra iordanis et hermonij a mõte modico. Abyssus abyssum inuocat: i voce catharactarũ tuarũ. Oia excelsa tua & fluct⁹ tui: super me trãsierũt. In die mãdauit dñs miam suam & nocte cãticũ eius. Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es.

Quare oblit⁹ es mei: ⁊ quare ꝛtristat⁹ icedo dū affligit me īimic⁹. Dū ꝛfrigunt ossa mea: exp̄obrauerūt michi q̄ tribulāt me īimici mei. Dū dicūt michi p̄ singulos dies vbi est de⁹ tu⁹. Quare tristis es aīa mea: et quare ꝛturbas me. Spa i deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: salutare vult⁹ mei ⁊ de⁹ me⁹. Requiē eternā dona. ān.



veniam et apparebo ante faciem domini. ℣. Anime eorum in bonis demorentur. Et semen eor. Lctō. vij.

Spiritus meus attenuabitur dies mei breuiabuntur: et solum michi supereſt sepulchrū Non peccaui: et in amaritudinib⁹ morat̄ ocul⁹ me⁹. Libera me dñe ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiusuis man⁹ pugnet cōtra me. Dies mei transierunt cogitationes mee dissipate sūt torquentes cor meū. Noctem verterunt in diem: et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est: in tenebris strauī lectulum meum. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea et soror mea vermibus. Vbi est ergo nunc p̄stolatio mea et patientia mea: tu es domine deus meus. Respōr.

timor mortis cõturbat me. Qui iſer no nulla ẽ re-

dẽptio miſerere mei i deꝰ & ſal ua me. Fi

Deus in noie tu o ſaluũ me fac et in virtute tua

libera me. Quia. Pelli mee conſumptis carnibus adhesit os meum: et derelicta ſunt tantum modo labia circa dẽtes meos. Miſereminí mei: miſereminí mei ſaltẽ vos amici mei: qꝛ manꝰ dñi tetigit me. Quare pſeqmíne ſicut deꝰ & carnibꝰ meis ſaturamí? Quis michi tribuat vt ſcribãt ſermões mei. Quis mihi det vt exarẽt i libꝛo ſtilo ferreo aut plũbi lamina vel celte ſculpant i ſilice? Scio eni qꝛ redẽptoꝛ meꝰ viuit & i nouiſſimo die de terra ſurrecturꝰ ſũ. Et rurſũ circũdaboꝛ pelle mea: et i carne mea videbo deũ ſaluatoꝛẽ meũ. Quẽ viſurꝰ ſũ ego ipſe: et oculi mei conſpecturi ſunt: et nõ aliꝰ. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. Reſponſoꝛium.

Deus eter ne in cu ius humana con



QUare de vulua eduxisti me: qui vtinā cōsūptus
essē ne oculus me videret: Fuissē quasi nō essem:

de vtero trãslatꝰ ad tumulũ. Nũqd nõ paucitas dierũ meor finiet breui: Dimitte ergo me dñe: vt plãgã paululũ dolorẽ meũ anteq̃ vadã & nõ reuertar ad terrã tenebrosam et opertam mortis caligine. Terram miserie et tenebrarum vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Respõr.



repetat ℟. Libera me. qñ fit cum. ix. lctõ. ℣. Audiui vocem de celo dicẽtem. Beati mortui qui in domino moriunt. Añ.

Miserere mei deꝰ: secꝺz magnã miam tuã. Et secꝺz multitudinẽ miserationũ tuarũ dele iniqtatẽ meã. Amplius la



Exultabũt. Euouae. ua me ab iniqtate mea: et a pctõ meo munda me. Qm̃ iniquitatem meam ego cognosco: & pctm̃ meum cõtra me est semper. Tibi soli peccaui & malũ coꝛã te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Ecce eim̃ in iniqtatibꝰ cõceptꝰ sũ: & in pctis cõcepit me mr̃ mea. Ecce eim̃ veritatem dilexisti: incerta & occulta sapiẽtie tue manifestasti michi. Aspges me dñe ysopo & mundabor: lauabis me & super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & leticiam: & exultabunt ossa humiliata. Auerte faciẽ tuam a pctis meis: & oẽs iniquitates meas dele. Coꝛ mũdum crea i me deꝰ: & spm̃ rectum innoua in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua: & spiritũ sanctũ tuum ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te cõuertent̃. Libera me de sanguinibꝰ deꝰ deꝰ salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuã. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificiũ deo spiritꝰ contribulatus coꝛ contritum & humiliatum deus nõ despicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes & holocausta: tunc imponẽt super altare tuum vitulos. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Exultabūt domino ossa humiliata. Exaudi

Te decet hymnꝰ deꝰ i syō ✠ tibi reddet votū i hie= rusalē. Exaudi oꝝonē meā: ad te ois caro veniet. Verba ini= domine. Euouae. ps. quor̄ p̄ualuerūt sup nos: ✠ ipietatibꝰ nr̄is tu ppiciabe ris. Beatꝰ quē elegisti et assūpsisti: īhabitabit i atriis tuis. Replebimur in bonis domus tue: sāctū est tēplū tuū mirabile in eq̄tate. Exaudi nos deꝰ salutaris nr̄: spes oīm finiū terre et in mari lōge. Qui ꝓparās mōtes in virtute tua accinctus potentia: qui cōturbas ꝓfūdū maris sonū fluctuū eiꝰ. Turbabūtur gentes et ti= mebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitꝰ ma tutini et vespere delectabis. Visitasti terram et iebria sti eam: multiplicasti locupletare eam. Flumen dei re= pletum est aquis: parasti cibum illorum: quoniā ita est ꝓparatio eius. Rivos eius inebrians multiplica ge= nimina eius: in stillicidijs eius letabitur germinans. Benedices coronе anni benignitatis tue: et campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deser= ti: et exultatione colles accingentur. Induti sūt arie= tes ouium ✠ valles abundabunt frumēto: cla mabunt etenim hymnum dicent. Requiem eternam. Ańa.



Exaudi dñe oratiōnē meam ad te ōis caro

Vigilie mortuor.



Deus deꝰ meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit ī te aniꝫ veniet. ā. Me suscepit. Euouae. ℣. Ma mea: ꝙmultipliciter tibi caro mea. In terra deserta: iuia ⁊ iaquosa sic ī sctō apparui tibi: vt viderem virtutē tuā ⁊ gloziā tuā. Q. iñ melioz est mia tua supvitas labia mea laudabūt te. Sic bñdicā te ī vita mea et in noie tuo leuabo manꝰ meas. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat aīa mea: ⁊ labijs exultationis laudabit os meū. Sic memoz fui tui super stratū meū: ī matutinis meditaboz in te: qz fuisti adiutoz meꝰ. Q. tin velamēto alarū tuarū exultábo: adhesit aīa mea post te me suscepit dextera tua. Ipi vero ī vanū qsierūt aīaz meā: itroibūt ī iferioza tre tradent ī manꝰ gladij ptes vulpiū erūt. R. ex Bo letabit ī deo laudabunt oēs q̄ iurāt ī eo quia obstructū est os loquentiū iniqua. Deꝰ misereat nr̄i ⁊ bñdicat nobis illuminet vultū suū super nos: ⁊ misereat nr̄i. Q. t cognoscamꝰ ī terra viā tuā in oibꝰ gētibꝰ salutare tuū. Q. õfiteant tibi ppli deꝰ cõfiteant tibi ppli oēs. V. etent ⁊ exultēt gētes qm̄ iudicas ppos in eq̄tate et gētes in terra dirigis. Q. õfiteant tibi ppli deꝰ: cõfiteant tibi populi oēs terra dedit fructū suum. B. ñdicat nos deus deus noster: benedicat nos deus et metuant eū omnes fines terre. R. equiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Añ.

Me suscepit dextera tua domine. ℣. Eruisti.

Vigilie mortuor.



EGo dixi i dimidio dierū meor̄ vadā ad portas inferi. Quesiui residuū annorū meorū: dixi nō videbo dñm deū i terra viuentiū. Nō aspiciā hominē vltra & habitatorē quietis. Generatio mea ablata est et cō uoluta est a me: quasi tabernaculū pastor̄. Precisa est velut a texente vita mea: dū adhuc ordirer succidit me. De mane vsq; ad vesperā finies me: sperabā vsq; ad mane quasi leo sic contriuit oia ossa mea. De mane vsq; ad vesperā finies me: sicut pull⁹ hyrūdinis sic clamabo meditabor̄ vt colūba. Attenuati sūt oculi mei suspicientes i excelso. Dñe vim patior̄ respōde pro me: qd dicā aut qd respōdebit michi cū ipe fecerim. Recogitabo tibi oēs ānos meos: i amaritudine aie mee. Dñe si sic viuit & in talibus vita spūs mei correpies me: & viuificabis me ecce i pace amaritudo mea amarissima. Tu autē eruisti aiaz meā vt nō piret: piecisti post tergū tuū oia pcta mea. Quia nō ifern⁹ cōfitebit tibi neq; mors laudabit te nō expectabūt q descēdūt i lacū veritatē tuā Viuens viuēs ipse cōfitebit tibi sicut & ego hodie: pr filijs notā faciet veritatē tuā. Dñe saluū me fac & psalmos nr̄os cātabim⁹ cūctis diebus vite nr̄e i domo dñi. Añā.



Eruisti domine animam meam ne periret. Ā.



Laudate dñm de celis: laudate eū in excelsis. Laudate eū oēs angeli ei⁹: laudate eū oēs virtutes ei⁹. Omnis spūs. Euouae.

Laudate eū sol ⁊ luna:laud eū oēs stelle ⁊ lumē. Laudate eū celi celor:et aq̄ q̄ sup celos sūt laudēt nomē dñi Qz ipse dixit ⁊ facta sūt ipe mādauit ⁊ creata sūt Statuit ea i eternū ⁊ i seculum seculi:p̄ceptū posuit ⁊ nō preteribit Laud dñz de tra dracones ⁊ oēs abyssi. Ignis grā do nix glacies spūs spūs procellar:q̄ faciūt vbū eius. Mōtes ⁊ oēs colles ligna fructifera ⁊ oīs cedri. Bestie et vniuersa pecora:serpētes ⁊ volucres pennate. Reges terre ⁊ oēs ppli:p̄ncipes ⁊ oēs iudices tre. Iuuenes ⁊ virgines senes cū iunioribus laudēt nomē dñi:qz exaltatū est nomē eius soli⁹. Cōfessio eius sup celū ⁊ terrā ⁊ exaltauit cornu ppli sui. Hymnus oīb⁹ sctis eius:filijs isrl populo appropinquāti sibi. Cātate dño cāticū nouū: laus eius i ecclia sctor. Letet israel in eo q̄ fecit eū: ⁊ filie syō exultēt i rege suo. Laudēt nomē eius in chor:in tympano ⁊ psalterio psallāt ei. Qz bñplacitū est dño i populo suo:⁊ exaltauit māsuetos i salutē. Exultabūt scti i glia:letabūt i cubilib⁹ suis Exultatiōes dei i gutture eor:et gladij ancipites i manib⁹ eor. Ad faciēdā vindictā in nationibus:increpationes in populis Ad alligādos reges eorū in cōpedib⁹:et nobiles eor in manicis ferreis. Ut faciāt in eis iudiciū cōscriptū:gloria hec est oīb⁹ sctis eius. Laudate dñm in sāctis eius:laudate eū in firmamēto virtutis eius. Laudate eū in virtutib⁹ eius:laudate eū scdm multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum i sono tube:laudate eum in psalterio et cythara. Laudate eū in tympano et chor:laudate eū in cordis et organo. Laudate eum i cymbalis benesonātib⁹ laudate eum in cymbalis iubilatiōis oīs spūs laudet dñz. Requiē eternā dona eis dñe:⁊ lux.ān



Omnis spiritus laudet dominū. ℟ Aporta i feri. Erue domine ani mas eorum



℣ Benedict⁹ dñs deus israel: qz visitauit ⁊ fecit redēptionē plebis sue ℣ t erexit cornu salut⁊ no bis: in domo dauid pueri sui. ℣ icut locut⁹ est p os sāctor: qui a seculo sunt pphetarū eius. ℣ alutē ex inimicis nostris: ⁊ de manu omniū qui oderūt nos. ℟ d faciendā miam cū patribus nostris: ⁊ memorari testamenti sui sancti. ℟ usiurandū qđ iurauit ad abraham patrē nostrū: daturū se nobis. ℟ t sine timore de manu inimicor nostror liberati: seruiam⁹ illi. ℟ n sāctitate ⁊ iustitia cora ipso: oib⁹ dieb⁹ nostris ℣ t tu puer ppheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem dñi parare vias ei⁹. ℟ d dādā sciētiā salutis plebi ei⁹: in remissionē pctōz eor. ℣ er viscera mīe dei nostri: i quib⁹ visitauit nos oriens ex alto: ℟ lluminare his⁹ q̄ in tenebris et in vmbra mortis sedēt: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. ℟ equiem eternā. ān.

Ego sum resurrectio et vita qui credit in me



etiam si mortuus fuerit viuet ⁊ omnis q̄ viuit et cre



kyrieleyson. Christe leyson. kyrieleyson. dit in me nō morietur in eternū. Pater noster. ℣s. EXaltabo te dñe qñ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Dñe deꝰ meꝰ clamaui ad te: & sanasti me. Dñe eduxisti ab iferno aiam meā: saluasti me a descēdētibꝰ in lacū. Psallite dño scti eiꝰ: & cōfitemini mēorie sctitatis eiꝰ. Quñ ira i indignatiōe eiꝰ: & vita in volūtate eiꝰ. Ad vesperū demorabit fletꝰ: et ad matutinū leticia. Ego aūt dixi in abundātia mea: nō mouebor in eternū. Dñe i volūtate tua: pstitisti decori meo fortē. Auertisti faciē tuā a me: & factꝰ sū conturbatꝰ. Ad te domine clamabo: & ad deū meū deprcabor. Que vtilitas i sāguine meo: dū descēdo i corruptionē. Dunqd cōfitebit tibi pulvis: aut annūciabit veritatē tuā? Audiuit dñs & miserꝰ est mei: dñs factꝰ est adiutor meꝰ. Conuertisti planctū meū i gaudiū michi: concidisti saccū meū & circūdedisti me leticia. Ut cātet tibi gloria mea & nō cōpūgar: dñe deꝰ meꝰ in eternū cōfitebor tibi. Sacerd. Requiē eternā dona eis dñe. Et lux. Credo videre bona dñi. In terra viuētiū. Aporta iferi. Erue dñe aias eor. Dñs vobiscū. Dño p episcopo. Deus q̄ inter apīcos. Pro sacerdote. dño. Oīpotēs sempiterne deꝰ cui. Pro famulo. Inclina dñe aurē tu. Pro famula. Quesumꝰ dñe p tuam pietē. Dño generali.

ANimabꝰ q̄s dñe famulor famularūq; tuar dō apliciat supplicātiū: vt eas & a pcīs oibꝰ exuas & tue redēptiōis facias esse participes: Qui viuis & regnas deꝰ. Rectores chori. Requiescāt i pace. Chorꝰ. Amē

NOtandū vero q̄ oīb⁹ festis.ix.lc.tā duplicib⁹ q̄ simplicib⁹ ⁊ dieb⁹ alijs q̄b **Placebo. Dirige.** nō dr in cōuētu debet ebdomadari⁹ matricis ecclie pr̄i-uatim p̄ se añ vespas sicut debēt oēs capellani totij⁹ p-uicie dicere pochiales ecclias regētes exeq̄as defūctor̄ plere. Q̄ñ ergo ebdomadari⁹ die dñica vel i festis.ix. lc.dicet **Dirige.** ⁊ **Placebo.** si i crastino feriale debet di-ci vsq̄ ad laud. tantū dicat et in crastino post matutin. dicātur laud. i cōuētu. s. **Exultabūt.** ⁊c. Et si i crasti-no nō debeat dici feriale dicat ipse ebdomadari⁹ laud. cū **Dirige** Et si dies lune fuerit añ vespas dicet **Diri-ge.** i choro tū. tij. lc. scz **Respōde michi.** ⁊c. Die martis. **Spūs me⁹ attenuabit.** ⁊c. sic deinceps p̄ septimanā. Q̄ñ si festū vel festa iteruenerit nichilomin⁹ q̄libet turba di cet scdz suā feriā si p̄ima turba dr tā die sabbati q̄ die dñica ⁊ ad quālibet turbā dicet vlicul⁹ p̄p̄r⁹ singulis ferijs ⁊ vltimū siq̄dē rñsoriū semp̄ repetitur: q̄ñ fit hoc seruitiū cū.ix.lc. ⁊ aliter nō. nisi i paschalib⁹ q̄ñ fit hoc seruitiū cū trib⁹ lc. q̄ alias fieret cū.ix.lc. q̄r tūc q̄cunq̄ dicat turba sēp̄ erit vltimū Rr. **Libera me dñe de mor-te eterna.** ⁊c. ⁊ reicipiet. Itē q̄ñ fit gñalis obit⁹ p̄ illis q̄ decesserūt in seruitio ecclie semp̄ fit.ix lectio. **Placebo** dño. tñ vna or̄o s **Fideliū.** ad **Dirige. Absolue.** Ad lau des. **Animab⁹.** Ad cōmēdationē. **Absolue.** nisi adiūga tur obit⁹ spetialis gñalī. tūc dr or̄o p̄r⁹ cōpetēs speciali. Q̄ñ fit cū trib⁹ lc. in choro p̄ter q̄ in paschali tpe sic or̄dinentur collecte ad **Placebo. Fidelium deus omniū conditor̄** ad **Dirige. Absolue.** ⁊ **Miserere.** Or̄atio.

DEus venie largitor̄ et humane salutis amator̄ q̄s immēsā clemētiā tuā: vt nostre cōgregatio-

nis fratres et sorores q̃ ex hoc sclo trãslierũt btã maria semp ⁊gine ⁊ btõ petro apło tuo itercedẽte cũ oĩb⁹ sãctis ad ꝑpetue btitudinis ꝓtiũ ꝓuenire ꝓcedas. p xp̃m ⁊ sequat Oꝛem⁹. et ab ebdomadario alta voce et facto

DEus q̃ nos patrẽ (silẽtio dicat a singlis. Dõo. ⁊ matrẽ honorare ꝓcepisti miserere clementer aĩabus patrũ ⁊ matrum nostrorũ eorumq; peccata dimitte nosq; eos in eterne claritatis gaudi o fac videre. Qua finita: dicat ebdomadarius alta voce. Oratio.

DEus cui⁹ miseratione aĩe fideliũ req̃escũt famulis ⁊ famulab⁹ tuis oĩb⁹ hic ⁊ vbiq; in xp̃o quiescẽtib⁹ da ꝑpici⁹ veniã pctõꝝ: vt a cũctis reatib⁹ absoluti tecũ sine fine letent. Per eũdẽ. ℟. Req̃escãt in pace. Amẽ. loco ℣ñdicam⁹ dño. ⁊ adiũgat Fideliũ aĩe ꝑ miserico⁹diã dei in pace req̃escãt. Amẽ. Talis oꝛdo collectarũ dicat ad laud̃ nisi q; Aĩabus. erit ꝓma collecta. Sẽper qñ cãtat missa de requiẽ in cõuẽtu nisi ꝑ corpore ꝑsenti ꝓmittat cõmẽdatio post Preciosa. cum versu. Requiẽ. in fine cuiuslibet ꝑi si sit cũ regimine chori. Et si nõ i fine tñ. ⁊ sequant oões ꝓpetẽtes spectant cũ generali. s. Absolue. q̃re ꝓmẽdationẽ ad Placebo. post cõmẽdationẽ dicat. ℟. Requiẽ eternã dona eis dñe: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. Kyrie. ℣. Christe. Kyrie. Pat nr̃. Et ne. Requiẽ. Credo videre. A porta iferi. Dñs vo. Oꝛem⁹.

ABsolue quesumus dñe animas famulorum famularumq; tuarum ab omni vinculo delictorũ vt in resurrectionis gloꝛia inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitati respirent. Per christum dñm nostrũ. Amen.

POst missã sacer. i alb̃ ⁊ capat⁹ sol⁹ capa serica cũ suis i alb̃ absgat ⁊ icẽset corp⁹. Interi cãtet. ℣. ad caput desuncti

Cōmēdationes mortuorū.



NOn intres in iudicium cū seruo tuo domine quoniā nullus apud te iustificabitur homo nisi per te omnium peccatorum suorū tribuatur remissio. Nō ergo eū quesumus tua iudicialis sententia premat quē tibi vera supplicatio fidei christiane cōmendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret insignitus est signaculo sancte trinitatis. Per christum dominum nostrum. Amen.

Corpus thurificet dū canitur. Responsorium.

Libera me domine de viis mortis antiphona tribus vicibus

circumdederunt me gemitus mortis, dolores infernicircumdederunt me.

Cõmendationes moztuoz.



DEus cui oĩa viuũt ⁊ cui nõ pereũt moriendo cor pora nr̃a sed mutant̃ i melí⁹ te supplices deprecamur: vt quicq̃d aĩa famuli tui vicioz tueq; volũtati cõ trariũ fallẽte diabolo: ⁊ pprĩa iniq̃tate atq; fragilitate contraxit vt pius ⁊ misericors abluas indulgẽdo: eãq; suscipi iubeas per manus sanctorum angeloz tuorum deducendam in sinibus patriarcharum tuorum abra-ham: scilicet amici tui et ysaac electi tui atq; iacob dilecti tui quo aufugit dolor ⁊ tristitia atq; suspiriũ fideliũ

quoq; aīe plena felicicq; iocūditate letank: vt in nouissi-
mo magni iudicij die īter sctōs ⁊ electos tuos eā facias
ppetue glie pcipere portionē quā oculs nō vidit nec au
ris audiuit/nec in cor hois ascēdit/quā ꝑparasti diligē
tibs te. Prestante dño nostro iesu chzisto. Qui cū patre
⁊ spū sancto viuit. Corpus incensek dum cantatur Ky.



Cõmẽdationes moꝛtuoꝝ.

HAc quesumus dominе hanc cum seruo tuo. N defuncto misericoꝛdiam: vt factoꝛum suoꝛum in penis non recipiat vicem: qui tuam in votis tenuit voluntatem vt sicut hic eum vera fides iunxit fidelis turmis: ita cum illic miseratio societ angelicis chꝛis. Per xpm dnm nostꝝ. Kyꝛieleyson. Xpe. Kyꝛieleyson. Hic roget circũstãtes oꝛare ꝓ eo. Pater noster sine no. Et ne nos. Requiẽ eternã. Credo videre. Apoꝛta inferi. Dns vobiscũ. Oꝛo sacerdote. Omps sẽpiterne deꝰ cui nũ ꝯp. Oꝛo famꝫo. oꝛ. Inclina dne. Oꝛo famula. oꝛ

Hir aspergat coꝛpus aqua benedicta

Quesumus dne ꝓ tua pietate. Hic aspergat coꝛpus et incensẽt ter & efferat ad sepulchꝝ. Ana.



Aperite. Euouae. ps.

Ad sepulturam eundo dr.

COnfitemini dño qm̃ bonꝰ: qm̃ in sclm mia eius. Dicat nũc israel qm̃ bonꝰ: qm̃ in seculũ mia eiꝰ. Dicat nũc domꝰ aarõ: qm̃ in seculũ mia eiꝰ. Dicant nũc qui timẽt dnm: qm̃ in seculũ mia eiꝰ. De tribulatione inuocaui dnm: et exaudiuit me i latitudine dns. Dns michi adiutoꝛ: nõ timebo quid faciat michi hõ. Dns michi adiutoꝛ: et ego despiciam inimicos meos Bonũ est cõfidere in dño: ꝙ cõfidere in homine. Bonũ est sperare in dño: ꝙ sperare in pꝛincipibꝰ. Omnes gẽtes circuierũt me: et in noĩe dni qꝛ vltꝰ sũ i eos. Circundantes circũdederũt me: & in noĩe dni qꝛ vltus sũ in eos. Circundederũt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis: et in noĩe dni qꝛ vltus sum in eos. Impulsus euersꝰ sũ vt caderẽ: et dns suscepit me. Foꝛtitudo mea & laus mea dns: et factꝰ es michi in salutem. Voꝛ exultationis et salutis: in tabernaculis iustoꝛũ.

Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutẽ. Nõ moziar sed viuã ẽ narrabo opa dñi. Castigãs castigauit me dñs: et mozti non tradidit me. Aperite michi poztas iustitie et ingress9 i eas confitebor dño hec pozta dñi: iusti intrabunt i eam. Cõfitebor tibi qñ exaudisti me: et factus es michi in salutẽ. Lapidẽ quẽ repzobauerũt edificãtes hic fact9 est i caput anguli. A dño factũ est istud: ẽ est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quã fecit dñs: exultem9 letemur in ea. O dñe saluũ me fac o dñe bene pzosperare: benedict9 q̃ venit i noĩe dñi. Benedixim9 vobis de domo dñi de9 dñs ẽ illuxit nobis. Cõstituite diẽ solẽnẽ in cõdẽsis vsq; ad coznu altaris. Deus meus es tu ẽ cõfitebor tibi: deus meus es tu ẽ exaltabo te. Confitebor tibi dñe qñ exaudisti me: ẽ factus es michi i salutẽ. Cõfitemini dño qñ bonus: qñ in seculũ mia ei9. Requiẽ. ãn.

